

ADATTÁR.

ADATOK BALASSA BÁLINT ÉLETEHEZ.

Balassa azok közé a nyughatatlan vérű vitézek közé tartozott, akik az országnak hol ezen, hol azon a részén tűnnek fel s hamarosan életjelt adnak magukról. Folyvást újabb alkalmat adnak arra, hogy beszéljenek róluk. Balassa is ilyen volt s gyermekifjú-korától egészen haláláig hivatalos irat vagy szállongó hír folyton foglalkozott személyével. Ennek köszönhetjük, hogy több adat maradt fent róla, mint Zrinyit kivéve akármelyik régi költőnkéről vagy írónkról. Ezen adatok gyűjtését már régen megkezdték. A fáradhatatlan Toldy már a Századok 1873. évfolyamában egész kis gyűjteményről számolt be, t. i. főként azokról az oklevelekről, melyeket számára Bunyitay Vince a Sennyey-levéltárból másolt le. (V. ö. u. o. 252—5. l.) Közölt is ez utóbbiakból kettőt (a VIII. és X. számút) Balassa hitvallását az esztergomi káptalan előtt és Rudolf király parancslevelét Nógrád vármegyéhez (1595 nov.) (Száz. 1873. 317—8., 319—21. l.); a következő évfolyamban (416—8. l.) más forrásból ismét egyet (1597). A Sennyey-levéltári másolatok 12 oklevelet sorolnak fel, sajnos egy részüket (VI., VII. és XII.) csak regestában. Ezt már Toldy is sajnálkozva említette fel. Megérdemelte volna pedig a közlést a VI. számú kilenc ívnyi osztálylevél (1578) Balassa András és a két Balassatestvér: Bálint és Ferenc között s a VII. számú osztálylevél (1578). Balassa Bálint és Ferenc osztozkodásáról, sőt a XII-iket: Balassa Zsigmond végrendeletét 1559-ből, szintén közölni lehetett volna, ha a dolog természete szerint közvetlenül nem vonatkozott is Balassa Bálintra. Az I. és III. számú oklevélből Toldy csak rövid kivonatot közölt, a feldolgozott részben megemlékszik még az első, valamint ifj. Balassa Jánosról szóló 1594-iki IX. számú aktáról is. A fentebb már említett X-iket sem közölte teljes szövegében, csupán Rudolfnak beleiktatott rendeletét szakította ki belőle. A teljes szöveg először a *Balassa Bálint minden munkái* II. kötetében (1922. 606—11. l.) jelent meg. Ugyanitt adtuk ki (503—5. l.) az I. számú másolatot Székárossy György panaszlevelét, a III. számú védelemtervezetet (536—9. l.) és a IX. sz. gyámságvállalási kötelezvényt (1594) (601—2. l.). Már korábban kiadták az ifj. Balassa János kormeghatározó oklevelét (1597. Itt XI. sz.).

Meg vagyunk győződve, hogy az eddig nem közölt II., IV. és V. számú okmány épenúgy megérdemli a közlést, mint az eddig már kiadottak, azért ugyanabból a másolatból ezennel közrebocsátjuk.

1.

1578. *Szent-Mihály-nap* [szept. 29.] *előtti vasárnap. Szkárossy György nyilatkozata a Garammelléki káptalan kiküldötte előtt.*

Reverendissimo domino et domino Stephano Radecio... episcopo ecclesiae Agriensis... per Hungariam locumtenenti... Conventus ecclesiae S. Benedicti de juxta Gron orationum in domino suffragia etc. Vestra Reverendissima Dominatio gratiose nosse dignetur, quod nos quasdam ternas litteras, unas serenissimi principis Ernesti... archiducis etc. praeceptorias in civitate Vienna decima nona die mensis Augusti proxime praeteriti... sub impressione sigilli ejusdem et manus subscriptione — alteras ejusdem Vestrae Reverendissimae Dominationis praeceptorias pariter Posonii vigesima die mensis Septembris similiter novissime transacti sub sigillo ejusdem Vestrae Reverendissimae Dominationis et ambas patenter munitas et pro parte magnifici domini Valentini Balassa de Gyarmath confectas, ac utrasque nobili Georgio Szkárossy hortatorie et praeceptorie sonantes et inscriptas; — necnon tertias praetitulatae vestrae reverendissimae Dominationis super dictis litteris praeceptorii vestrae reverendissimae Dominationis exhibitorias nobisque inscriptas... recepimus; exhibitoriarum igitur tenor talis est:

Stephanus Radecius etc. honorabilibus conventui... de juxta Gron salutem cum favore. Hortamur vos harum serie et requirimus ac nihilominus auctoritate praefatae Caesareae et regiae Maiestatis, qua fungimur, vobis committimus et mandamus, quatenus alias nostras litteras praeceptorias pro parte magnifici domini Valentini Balassa de Gyarmat confectas et emanatas, ac nobili Georgio Szkárossy sonantes et inscriptas cum praesentibus vobis exhibentibus, eidem Georgio Szkárossy per hominem vestrum, vestro testimonio fidedignum exhibere et praesentari faciatis, et quidquid idem ad continentiam earundem litterarum nostrarum praeceptoriarum dixerit, fecerit, vel responderit, id ad relationem praedicti testimonii vestri nobis fideliter rescribatis. Secus non facturi. Datum Posonii etc. Nos itaque praemissis hortationibus, requisitionibus et mandatis ac commissionibus tam dicti domini Ernesti... quam dictae vestrae reverendissimae Dominationis... obedire volentes, unum ex nobis, videlicet honorabilem Michaelem Kekel de Baczwr, presbyterum, socium et fratrem nostrum conventualem ad continentiam earundem litterarum praeceptoriarum et mandatarum quam exhibitoriarum fideliter exequandarum hominem nostrum nostro testimonio fidedignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversus, nobis sub juramento suo in generali regni decreto exinde edito expresso, retulit in hanc modum: Quomodo ipse feria sexta proxima ante festum S. Michaelis Archangeli proxime praeteritum, quae fuit vigesima sexta dies mensis Septembris retro transacti, ad civitatem Veteri Zoliensem vocatam, consequenterque domum et curiam nobilitariam seu residentiam ejusdem Georgii Szkárossy in eadem civitate Veteri-Zoliensi in comitatu Zoliensi existentem sitamque accessisset, ibique praeinsertas litteras vestrae reverendissimae Dominationis praeceptorias et exhibitorias personaliter eidem Georgio Szkárossy exhibuisset et praesentasset, qui quidem litteris iisdem honorifice... acceptis, ad continentiam mandati earum litterarum: nempe quod idem Georg. Szkárossy ad illum diem et locum, quem sibi praefatus dominus

Valent. Balassa duxerit praefigendum una cum registris se conferat, deque proventibus arcis seu castris Kamenycz dieti in regno Poloniae habitis, suae fidei conceditis praefato domino Valent. Balassa, aut suis hominibus ad id deputandis justam et veram rationem daret et redderet, sique in subductione ipsarum rationum dicto Valent. Balassa debitor remanserit, eundem superinde integre contentum reddere deberet, — hoc modo dixisset et respondisset: — praesente et ibidem adhaerente nobili Ladislao literato alias Hradisschey — quod mandatum et privilegium praetactum Vestrae Reverendissimae Dominationis, tamque Locumtenentis etiam magno cum honore suscepisset, sed tamen in jure se cum dicto domino Valent. Balassa esse, et dietam futuram regnicolarum expectandum fore proposuisset, quidquid enim iustitia juris eidem domino Valent. Balassa et sibi administraverit, ut rationem reddere deberet, se parere velle dixisset; praetendissetque et asseruisset idem Georg. Szkárossy se eidem domino Valent. Balassa obligatum et obstrictum non fuisse, nisi pro adolescente extitisse, ac bona, quae fuissent, nulla disparsisset, neque dilapidasset, sed fideliter conservasset. — Haec est itaque responsio et relatio, quam ad praetactas litteras... Georg. Szkárossy obsequenter respondisset, cujus responsionem, praesentibus litteris nostris relationalibus insertam vestrae reverendissimae Dominationi fideliter rescribendam duximus. Datum die dominico proximo ante festum b. Michaelis Archangeli... 1578.

2.

1578. *Szent-Miklós püspök és hitvalló ünnepe* [dec. 6.] *előtt hatódnappal. Tiltóparancs Szkárossy Györgyöt illetőleg Balassa Bálint javára.*

Sacratissimo Principi... Rudolpho Secundo etc. Capitulum ecclesiae Strigoniensis... Vestra noverit... Maiestas nos litteras spectabilis et magnifici domini comitis Nicolai de Bathor, Judicis curiae inhibitorias pro parte magnifici domini Valentini Balassa de Gyarmath... recepisse in haec verba: Amicis nostris Reverendis Capitulo ecclesiae Strigoniensis Comes Nicolaus de Bathor etc... Noveritis, quod egregius Nicolaus Sándorffy nostram personaliter veniens in praesentiam, nomine et in persona magnifici domini Valentini Balassa de Gyarmath per modum solennis protestationis et inhibitionis nobis significari curavit in hunc modum: qualiter diebus proxime praeteritis, in praesenti nempe termino celebratorum generalium judiciorum octavi diei festi beati Lucae evangelistae proxime praeteriti, ad quem videlicet terminum universae causae regnicolorum partium regni Cis-et ultra-danubialium et aliorum etiam nonnullorum viciniorum comitatum juxta contentum articulo- rum novarum constitutionum publicarum Poseniensium superinde editorum adjudicari solitae, vigore eorundem articulo- rum per praefatum dominum nostrum Imperatorem et regem nostrum generaliter fuerant prorogatae, in quadam causa, inter ipsum dominum protestantem ut in causa attractum ab una, parte vero ab altera egregium Georgium Szkárossy veluti actoris ratione et praetextu certorum quorundam actuum potentiorum per ipsum dominum protestantem, ut idem actor praetenderet, patrum et commissorum in curia regia coram nobis vertentem, idem Georgius Szkárossy, actor contra ipsum protestantem quasdam litteras nostras adjudicatorias sententiales per non venientem et non compari-

tionem ejusdem protestantis pro sui parte extrahere curasset, quarum vigore eundem dominum protestantem in rebus bonisque et juribus suis possessionariis dampnificari vellet et niteretur in praejudicium et dampnum ipsius protestantis valde magnum. Cum tamen si idem dominus protestans hujusmodi causae suae debito modo, ut par erat, invigilari ac tempore hujusmodi adjudicationis et sententiae per se vel per procuratorem suum legitimum coram nobis comparere, easque rationes allegationes et responsiones suas, quas in defensionem causae suae multum proficuas habebat, in medium proferre potuisset, sperasset se causa in ipsa a nobis *longe aliud iudicium recipere*, et se ab impetitione partis alterius defendere potuisse, quemadmodum posse speraret etiam de praesente; unde facta hujusmodi protestatione idem Nicolaus Sándorffy nomine et in persona, cujus supra, allegavit in hunc modum: Quod si juri consonaret et aequissimum videretur extunc idem protestans vos simul et praefatum Georgium Szkárossy actorem, ab executione praedictarum litterarum nostrarum adjudicatoriarum sententiarum legitime inhiberi, eundemque actorem pro habendo causa in praemissa novo iudicio contra se ad decimum quintum in curiam regiam, nostram scilicet in praesentiam legitime evocari facere et cum eo gravamine, quo de regni consuetudine conveniret, eidem respondere vellet, promptusque esset et paratus. Et quia hujusmodi allegatio dicti Nicolai Sándorffy, nomine et in persona, cujus supra, coram nobis facta justa et juri consona, admittendaque fore videbatur praefatusque actor ad praemissa evocandus fore censebatur; et quia praefatus actor in processu, seu dioecesi vestra nullum locum residentiae unde idem actor praefatum protestantem commode evocari posset, habere dinoscitur: ob hoc honorabili conventui S. Benedicti de juxta Gron per alias litteras nostras evocatorias et certificadorias injungendum duximus, ut eundem actorem per testimonium eorundem ad praemissa legitime evocari facere debeat. Amicitiam igitur vestram harum serie hortamur et nihilominus auctoritate nostra iudicialia, qua fungimur, requirimus diligenter, quatenus acceptis praesentibus testimonium vestrum ad executionem praedictarum litterarum nostrarum adjudicatoriarum sententiarum exmittere minime audeatis, vel si jam forsitan exmisissetis, illum ubicunque reperiri poterit, revocare et ab executione earundem inhibere debeat, litteras etiam vestras super executione earundem qualitercunque facta relatorias parti adversae extradare nequaquam praesumatis. Et post haec hujusmodi inhibitionis seriem, ut fuerit expediendum, praefato domino nostro Imperatori et regi suo modo fideliter rescribatis. Datum Posonii Sabbatho proximo post festum b. Catharinae Virginis et Martyris anno Domini 1578. Nos itaque amicabilibus requisitionibus, hortationibus et mandatis dicti domini Iudicis curiae Vestrae Maiestatis sacrae obedire volentes, ut tenemur... testimonium nostrum ad executionem praedictarum litterarum... exmittere minime ausi fuimus, sed nec litteras aliquas super executione earundem relatorias parti adversae extradare praesumpsimus. Et sic nos hujusmodi inhibitionis seriem, ut fuit expedita, Vestrae Maiestati Sacrae suo modo fideliter rescripsimus. Datum feria sexta proxima ante festum beati Nicolai episcopi et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo superscripto. (L. S. D.)

3.

1578. *Kereszt fölmagasztaltatása* [szept. 14.] *után másodnap. Szkárossy György számadásának beadására fölhivatik.*

Nos Joannes Soos senior, de Polthar vicecomes iudicum nobilium et jurati assessores sedis iudicariae comitatus Neogradiensis memoriae commendamus per praeaesentes litteras nostras, quod in congregatione nostra universitatis nobilium ipsius comitatus feria secunda proxima ante festum b. Joannis Baptistae recens transactum Veteri-Zolii loco sedis nostrae propter metum turcicum electo; — egregius Christophorus Libe[r]chey pro magnifico domino Balassa, domino scilicet suo ad nostram accedens praesentiam significare curavit in hunc modum: qualiter annis superioribus vivente adhuc magnifico quondam Joanne Balassa de Gyarmat, pater ipsius domini Valentini, nobilem Georgium Szkárossy in officialem arcis suae Kamenez vocatae, in regno Poloniae habitae, constituisset, certosque eiusdem arcis proventus et redditus unacum aliis rebus ad conservandum dictam arcem necessariis ex hoc regno Hungariae transmissis fideliter administrandos eidem Georgio Szkárossy concedidisset. Quod quidem genus officii dum idem Georgius Szkárossy certo temporis intervallo exercuisset, atque tenuisset, absque una licentia praefati domini et parentis sui, invitoque et inscio domino suo se subduxisset, neque de administratione proventuum ipsius arcis, aliarumque rerum fidei suae conceditarum idem Georgius Szkárossy saepissime monitus et requisitus rationem ullam dedisset et hactenus post obitum eiusdem domini Joannis Balassa per eundem dominum Valentinum Balassa quoque similiter praemonitus eandem rationem, quam ex debito officii suscepti praestare debuisset, subterfugisset in magnum detrimentum et damnum eiusdem domini Valentini Balassa manifestum, — petens nos idem dominus Valentinus, ut idem Georgius Szkárossy ad dandam promissam rationem realem, sicubi reperiri per nos posset, admoneretur et flecteretur, ac si vellet, coram nobis termino competenti assignato, id faceret et praestaret, promittens se idem dominus Valentinus in omnibus ambiguis et differentiis, si quae inter ipsos in danda ratione offerrent, deliberationi et iudicio nostro submissurum, *nullam praeter iustam et aequam rationem* juxta sedis discussionem expetiturum. Quo praecepto idem Georgius Szkárossy similiter coram nobis personaliter constitutus ad praemissa responderet ex adverso, quod ipse ad nullam rationem dandam ipsi domino Valentino esset adstrictus, neque ad id per dominum suum Joannem Balassa fuisset conductus, per quem et indigne inmeritoque rebus suis privatus esset. Ad quae idem homo domini Valentini Balassa replicaverat in hunc modum: quod si rationem dare, quem jure deberet, non neglexerit et se de omnibus debitis juxta sedis adjudicationem explicaverit, paratus esset dominus suus ipsum Georgium Szkárossy *de omnibus ablatis et retentis contentare*, ad quod amplectendum et modis omnibus faciendum medio praescripti famuli et officialis sui idem dominus Balassa, tum etiam coram nobis sese adstrinxerat, sed eodem Georgio Szkárossy praemissam admonitionem super danda ratione et oblatione quoque dicti domini Valentini Balassa spernente, neque acquiescente, idem dominus Valentinus, simul et homo eiusdem praenominatus facta primum coram nobis solenni protestatione, litteras tandem nostras super

praemissis omnibus sibi necessariis pro futura juris sui cautela per nos dari postulavit. Quas nos ipsi domino protestanti duximus dandas et concedendas. Datum in dicto loco sedis nostrae judiciariae feria secunda proxima post festum Exaltationis s. Crucis. Anno domini 1578. (L. S.)¹

DÉZSI LAJOS.

SHAKESPEARE-REMINISZCENCIÁK VÖRÖSMARTYBAN.

Ez a párhuzamos összeállítás nem törekszik teljességre, inkább csak afféle széljegyzet-gyűjtemény akar lenni azokról a feltűnőbb Shakespeare-Vörösmarty egyezésekről, amelyeket Vörösmarty olvasásakor önkénytelenül is érez az ember. Kétségtől nem ezek a felsengő sor-egyezések a legjelentékenyebbek Shakespeare-nek Vörösmartyra kifejtett hatásában. Sokkal fontosabbak ezeknél a dráma formáján nyilvánuló hatások, és a jellemrajzban vagy a tragikum felfogásában itt-ott mutatkozó egyezések.

Nyilván ilyenféle összefoglalóbb céllal írta Kiss Ernő *Shakespeare és Vörösmarty* c., valamint Weber Arthur *Shakespeare hatása a vígjátékiró Vörösmartyra* c. értekezését. (Mindkettő a *Magyar Shakespeare-Tár* IV. kötetében. 1911.) Ez értekezések sok becses szempontot vetettek fel, s érdekes anyagot hordtak össze. A kérdést azonban teljesen ők sem merítették ki, s a jelen pár sor is csak e még megírásra váró feladathoz akar egy-két adattal szolgálni.

Vörösmartyban a Shakespeare-i hangok közül leggyakrabban *Hamlet* szavait érezzük. A nélkül, hogy egyetlenegy alakja is volna, amelyekben Hamlet legjellemzőbb vonását, az akaratot megbénító tépelődést rajzolta volna: a méla dán királyfi egy-egy gondolatának, egy-egy kifakadásának

¹ Ugyanott még a következő jegyzetet találtuk, melynek épen úgy mint a Szkárossy-féle hatalmaskodási pernek nyoma van dr. Illéssy János regestáiban is. (V. ö. IK. 1900. 195. l. 2., 3., 5. sz. anteacta; Szkárossy-per u. o. 6., 7., 8., 9. sz.)

A *nagyszombati jegyzetekből*: «1589 május 12-én. A nagyszombati bírák értesítenek, hogy Balassagyarmati Balassa Bálint előttök (az napon) személyesen megjelenvén, önként és szabadon s fivére Balassa Ferencz és nővérei Mária és Anna nevében is (azok terhét magára vállalván) gyöngé állapotban levő házát (domus satis ruinosa), mely köhöz Nagyszombaton az otróuska [ceruza-jegyzet: korpa] piaczon van, s melynek szomszédja egyik felől Fejérvári János, másik felől Schebl Tamás gyógyszerész — visszavonhatatlanul eladta özvegy erdődi Pálffy Tamásné szül. bedegi Nyári Sárának 1350 frért.» Egykoru latin másolat a n. szombati levéltárban. Jegyzetem 1877 sept. 1-én N. szombaton. *Deák Farkas. Az 1876-ik évi regestáiban még ezeket találtam*: a. 1587-ben Kam. ltr. N. R. A. fasc. 40 nro 85. Balassa Bálint eladja Nagy Thur nevű birtokát Hont vármegyében gyulai Nagy Ferencznek (le van írva rokonsága). b. N. R. A. fasc. 535. nro 32. (1591-ből) Balassa Bálintot illető levelek. (a XXVIII. Tomushan sok Balassa családot illető levél) Bpest, 1878 márcz. 27. *D. F.* [= Deák Farkas írása.]